



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

327. feria 6. de decem alijs attributis Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

ntcoost. Feria 6. Domin 22. post Pentecost. 579

me rationem viri perfecti expressam in Christo.

10. Tenete potius dilectionem: quia talis quisque est, qualis eius dilectio ait S. Augustin. Tr. in Epist. Ioann. Si me amor Dei facit Deum per participationem, dabit mihi etiam proprietates Dei. Sed Deus est Æternus. Da, ut quomodo tu es Æternus, sic & ego tecum maneam in æternum. Incorruptibile est melius corruptibili.

MEDITATIO CCCXXVII.

Feria 6. Domin. 22. post Pentecost.

De alijs perfectionibus divinis.

Vldebo homines cælo, terræq; inhiantes, cum potius deberent esse famelici Dei: quia, ut ait August. tr. 13. in Ioan. Deus tibi tantum est. Petam solum Deum appetere.

1. Depellenda miseria, & acquirenda beatitudinis causa faciunt omnes homines, quidquid vel boni, vel mali faciunt, ait Aug. in Ps. 32. Deus est Beatus, ipsaque Beatitudo sita in comprehensione & fruitione Dei. Si Deus est felicitas nostra, quid recedenti ab eo erit, nisi miseria? Qui culpam sequitur, à Christo recedit, inquit D. Ambros. L. de Ioseph. c. 3.

2. Gratia debentur beneficio. Non est dignus dandis, qui est ingratus datus, ait Aug. tr. 3. in Ioan. Deus est Beneficus, promittitque 2.

Reg. 12.

576 FERIA 6. DOMIN. 22. POST PENTECOST.  
REG. 12. Si parva sunt ista, adiciam tibi multa  
maiora. Da Domine, ut gratum aliquid tibi  
fecisse, omnibus anteferam.

3. Si extra peccatum non est malum, quod  
non fecit Dominus, & Deus, bene omnia fecit,  
quorsum tot querelæ? laude dignus est, qui  
bene agit, Deus bene omnia fecit, dans bona  
etiam impijs, quibus adhuc melius facit, si  
cum male amant, negat quod amant. Is lau-  
dat Deum semper, qui quidquid agit, bene agit,  
ait S. Augustin. in Psal. 34. Bene agit, qui  
Deum Dominum nostrum imitatur: quia  
ipse bene omnia fecit.

4. Indigus refugit ad benignum, nos in-  
digi sumus, ut insidias dæmonis, peccata, da-  
mnationem evadamus: bonum ad vitam  
æternam operemur, in eo perseveremus: Deus  
est benignus: quia benignitas propendet ad  
benefaciendum alteri. Benigni Christi beni-  
gna sunt omnia, ait D. Chrysol. Ser. 68. Quan-  
tò magis Dei, infinitè propensi ad benefaci-  
endum, ut ait D. Ambros. in Luc. e. 23. Semper  
Deus plus tribuit, quàm rogatur.

5. Bonum omnia appetunt, bonum infi-  
nitum meretur amorem infinitum. Deus non  
aliquo bono bonus, sed bonum omnis boni, ait Aug.  
Lib. 8. de Trin. c. 3. Igitur exhaurit omnem  
amorem. Nemo idcirco deterior fit, quia Deus  
melior

ntecost. *Feria 6. Domin. 22. post Pentecost. 577*

*melior est, monet Tertullianus. Quidquid a bono deficit, esse desinit, ait Boët. in Prosa.*

6. *Quia punire totum, crudele, totum remittere contemptum parit, orta est Clementia, condonans pœnas, vel mitigans. Hæc pudore coërcet, & à metu ad amorem traducit inquit D. Nazianz. Orat. 19. Deus est Clemens: accedam ad ubera sponsi expectantis delinquentem, & elementer recipientis pœnitentē, ut ait Bernard. Ser. 9. in Cant. Gratus ero, in quavis afflictione: quia Deus punit infra condignum.*

7. *Ibi plus est auxiliū, ubi plus est periculi, ait Ambros. de Ioseph. c. 1 Impulsus eversus sum, ut caderem, Psal. 17. Impulsor est diabolus, impulsor mundus, impulsor homo, ait Bernard. Ser. 85. in Cant. Deus est Conservator. Promittitur auxiliū mortalis & gaudes: Promittitur auxiliū immortalis & tristis es? ait S. August. in Pl. 145. Utinā ulnis tuis tenear, nec dimittar.*

8. *Major difficultas quærit melius consiliū. Nihil difficilius negotio salutis æternæ: nullum datur melius consilij Dei, hæc nobis aperuit in Evangelio Christus Consiliarius vite æternæ, ut ait S. Augustin. ser. 265. de Temp. Et ea sequi dubitem? Motus est pes meus, quare motus? Nisi, quia meus, ait idem in Psalm. 93. Ejurabo pessimum consiliarium proprium iudicium, cujus filia*

578 FERIA 6. DOMIN. 22. POST PENTECOST.  
est voluntas propria, omnium malorum  
origo, ut ait S. Bernard serm. 3. de Resurr.  
Signum optimè pœnitentis est mutâsse con-  
siliū in melius.

9. Voluptates corporales semper habent  
tristitiam annexam: quia appetuntur ut me-  
dicina contra dolores, ut potus contra sitim,  
&c. Ablato dolore molesta fit omnis volu-  
ptas, quæ ne sit molestior, mutatio eam de-  
bet reddere suavem. Quam igitur miser, cui  
voluptas, nisi sit vana, & mutabilis, non erit  
voluptas! Renuit consolari anima mea, me-  
mor fui Dei, & delectatus sum *Deus, est Con-*  
*solator*, replens intellectum contemplatione,  
voluntatem virtute, & super totum hominē  
declinans quasi fluvium pacis. Desipit, qui  
extra Deum consolationem veram quærit.

10. *Deus est Creator omnium in tempore,*  
ideo, *ne mundum sibi creâsse videretur*, ut ait  
D. Thom contra gentes: *Miraris mundum,*  
*quare non artificem mundi?* ait S. Augustin. in  
Psalm. 41. Imò magis tui? Quia, ut ait  
Chrysostrum in cap. 16. Math. *Homo toto*  
*orbe non potest animam emere: causam dat*  
Tertullian. Lib. de Resurr. est: quia homo  
est *umbra anime DEI.* O DEUS subactor  
nihil, subige, quidquid est in me,  
difforme tibi.

MEDI.